

1675.

1310 d. 8 Juni.

Edbythorsn.

JOHAN ENGELS Bref, hvori han insätter sin broder Israel, Priorn i Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, till sin laglige arfvinge.

A. 3. c.

Omnibus presentes litteras inspecturis JOHANNES dictus ANGELUS. Salutem in domino sempiternam. Cum nemini obesse immo potius prodesse quovis iure debeat, Quod se diuinis specialius astringit obsequiis et religioni mancipat propter christum. Idcirco Ego Johannes dictus angelus karissimum germanum meum fratrem Israelem priorem sictuniensem Ordinis predicatorum, meum verum et legitimum constituo heredem si mihi superuixerit, quod ius nisi se religioni reddidisset sibi nunc simpliciter competeret et perfecte. Testes autem huic mee ordinationi ad hoc specialiter vocati sunt hii. dilecta consors mea. Religiosi viri. Lector strenghensis frater skioldolphus. frater asmundus frater Ericus frater johannes eiusdem conventus. frater albertus sictuniensis. dominus benedictus vicarius meus necnon johannes biernason. ketillus prouisor bonorum meorum. johannes kulli. iacobus, johannes brun, petrus letta. sixtanus, ac alii plures fidedigni In cuius rei robur et euidenciam pleniorum sigillum meum. et sigillum dilecte consortis mee, necnon et sigillum fratris skioldolphi lectoris strenghensis, presentibus sunt appensa. Sigillum quoque venerabilis patris domini Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis presentibus apponi peto vmliter et instanter. Datum Edbythorsn Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> decimo. sexto idus junii.

Sigillet N:o 1 hâgot skadadt, 2, 3 och 4 borta; remsorna qvar.

1676.

1310 d. 9 Juni.

Färingtuna.

Ärkebiskopen NILS KETTLSSONS vidimation af Johan Engels testamentsbref till Upsala domkyrka.

A. 3. a.

Vniuersis presentes litteras Inspecturis, NICOLAUS diuina miseratione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam. Tenore presentium significamus vniuersis, Nos litteras, Nobilis viri, domini Johannis angeli, sub sigillo suo, ac fratris israelis, germani sui vidisse non raras, non abollatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas tenoris et continencie infrascripte. Omnibus &c. *Se föreg. N:o 1674.* In Cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud Ecclesiam färingatunum, anno domini M<sup>o</sup>, CCC<sup>o</sup>, decimo, Tercia die pentecostes.

*På fränsidan:* Hic testificatur dominus N. Archiepiscopus se vidisse litteras domini johannis angeli, super donacione curie telghium.

Af Sigillet finnes ett brutet stycke.